

Aquæ Violarum, . . . quantitate fufficienti.
Postea fenfim affunde

Olei Amygdalarum dulcium, . . . unciam unam.

Agita omnia fimul, donec fuerint perfecte mifta; &
fi velis paululum coque, ut fit iuftæ confiftentiæ Sapo.

Materiam tenuem & acrem, & coctu difficilem in
partibus refpirationis expulfioni facilem reddit.

Dosis Cochleare unum per intervalla.

CAPUT VI.

DE GELATINIS.

Gelatina eft fructuum maturorum Succus, feu decoc-
tum ex cartilaginosis animalium partibus, ad confiftentiam
fpiffiorem, vifcofam, fplendentem, & folidam redactum;
& communiter extemporaneè fiunt.

GELATINA CORNU CERVI.

R. Rafuræ Cornu Cervi, . . . libram femis.
Aquæ communis tepidæ, . . . libras quatuor.

Coquantur igne lento in vafe fictili vitreato optimè
claufa per horas duas, poftea cola forti cum expreffione,
cui adde

Sacchari albi, . . . uncias fex.

Cum albumine ovi clarificentur, addendo in fine

Vini albi optimi, . . . uncias quatuor.

Succi Limonum, . . . unciam unam.

Bulliant leviter ad Gelatinæ confiftentiam, quæ ante-
quam refrigeretur, in patinas effundatur, ut in maffam
fplendentem reducatur.

Humorum malignitati refiftit, vomitum, & diarrhoeam

cohibet, ac sanguinis sputo confert, nutrit, atque roborat, ideòque in hectica febre prodest.

Dosis Cochleare unum per intervalla.

CAPUT VII.

DE JULAPIIS.

Julepus, vel Julapium est medicamentum liquidum ex aquis distillatis, decoctis, pulveribus, confectiõibus, & aliis paratum, saccharo, seu syrupis idoneis dulcoratum.

JULEPUS ASTRINGENS, ET ROBORANS.

R. Aquæ Plantaginis, . . . } ana uncias quatuor.
 Portulacæ, . . . }
 Tormentillæ, . . . }
 Cinnamomi Cydoniatæ, . . . uncias duas.
 Diascordii Fracastorii, . . . scrupulos quatuor.
 Pulveris Boli Armenæ Orientalis, drachmam unam.
 Terræ Japonicæ, . . . scrupulum unum.
 Syrupi Corallorum, . . . unciam unam & semis.
 Misce, & fiat Julepus secundum artem.
 Valet in diarrhœa symptomatrica, & aliis alvi fluxibus sistendis.

Dosis ad uncias tres, bis, vel semel in die.

JULAPIUM REFRIGERANS CORDIALE.

R. Aquæ Scorzonæræ, . . . } ana uncias sex.
 Oxalidis, . . . }
 Cichorii, . . . }